VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

dauid patre meo. dicens. filius tuus quem dabo
pro te super solium tuum. ipse edificabit domum nomi
meo. Precipe igitur precidant mihi cedros de ly
bano. & seruus mei sint cum seruis tuis. Merce
de autem seruorum tuorum dabo tibi quecumque. precepis.
Scis enim quod non est in populo meo vir qui nouerit
ligna cedere sicut sidonii. Cum autem audisset hy
ram filius salomonis. letatus est valde. & ait. Bene
dictus dominus deus hodie qui dedit dauid filium sapi
entissimum super populum istum. Et misit hy
ram ad salomonem dicens. Audiui quecumque mandau
sti mihi. Ego faciam omnem uoluntatem tuam in lig
nis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent
ea de lybano ad mare. & ego componam ea in ra
tibus in mari usque ad locum quem significaueris mihi.
& applicabo eas. & tu tolles ea. pro victu
necessaria mihi. ut det cibum domui meae. Itaque
hyram dabat salomoni ligna cedrina & abie
gna iuxta omnem uoluntatem eius. salomon
autem prebebat hyram. xx. milia chororum tritici
in cibum domui eius. & xx. choros puriss[imi]
olei. Hec tribuebat salomon hyram annos
singulos. Dedit quoque dominus sapiam salomoni.
sicut locutus est ei. Erat pax inter hyram & salomo
nem. & pepigerunt fedus ambo. Cuegit rex
salomon operarios de omni israel. & erat in die
no operary
tio. xxx. milia uirorum. mittebat que eos in
lybanum. x. milia per menses singulos iucundissim. ma
ut duobus mensibus. essent in domibus suis. Et ad omni
ta erat super hiis omni indictione. fuerunt quoque
salomoni. lxx. milia onerum portantium
& lxxx. milia latomorum in monte. absque prin
cipibus qui erant singulis operibus. numero
tum milium. & tricentorum principum populo
& his qui faciebant opus. Precepitque rex ut
tollerent lapides magnos lapides pretiosos
in fundamentum templi. & quadrarent eos. Qui
dolauerunt cementarii salomonis. & cementarii
hyram. Porro biblii preparauerunt ligna & la
pides ad edificandam domum. Factum est
quadringentesimo & octogesimo anno
egressionis filiorum israel de terra egypti. in anno
quarto mense zio. ipse est mensis secundus. regis salo
monis super israel. edificare cepit domum domino.

Domus domini longitudo

Domus autem quam edificabat rex salomon domino. habebat
lx. cubitos in longitudine. & xx. cubitos in latitu
dine. & xxx. cubitos in altitudine. & porticus erat
ante templum. xx. cubitorum longitudinis. iuxta mensuram
latitudinis templi. & habebat. x. cubitos latitudi
nis ante faciem templi. fecitque in templo fenestras obliquas.
& edificauit super parietem templi tabulatum per gyrum impa
rietibus domus per circuitum templi & oraculi. & fecit latera
per circuitum. Tabulatum quod subterius erat. v. cubitos habe
bat latitudinis. & medium tabulatum. vi. cubitorum
latitudinis. & tertium tabulatum. vii. habens cubitos
latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum
forinsecus. ut non haererent muris templi. Domus autem cum
edificaretur lapidibus de dolatis atque perfectis edifica
ta est. & malleus & securis & omne ferramentum non sunt au
dita in domo cum edificaretur. Ostium lateris medii
in pariete erat domus dexterius. & per cocleam ascen
debant in medium cenaculum. & a medio in tertium
Et edificauit domum. & consummauit eam. Texit que
domum laquearibus cedrinis. & edificauit tabulatum
super omnem domum. v. cubitorum altitudinis. & opuit
domum lignis cedrinis. Et factum est sermo domini ad salo
monem dicens. Domus hec quam edificas. si ambulauerit
in preceptis meis. & iudicia mea fecerit. & custodie
ris omnia mandata mea ambulans per ea. firmabo ser
monem meum tecum quem locutus sum ad dauid patrem tuum.
& habitabo in medio filiorum israel. & non derelin
quam populum meum israel. Igitur edificauit salomon
domum & consummauit eam. & edificauit parietes
domus intrinsecus tabulatis cedrinis. a pauimento
domus usque ad summitatem parietum. & usque ad laque
aria. opuit lignis intrinsecus. & texit pauimentum
domus tabulis abiegnis. Edificauit que. xx. cubitorum
ad posteriorem partem templi tabulata cedrina. a pa
uimento usque ad posteriora. & fecit interiorem do
mum oraculi in secreto. Porro altitudo erat
templi. per singulos oraculi. & cedro ornata domus intrin
secus uestiebatur habens tornatilia sculpta & iunc
tura fabrefactas. & celaturas eminentes. Omnia
cedrinis tabulis uestiebantur. nec omino lapis
apparere poterat in pariete. Oraculum autem in
medio domus interioris parte fecerat. ut pone
retur ibi arca federis domini. Porro oraculum habebat
xx. cubitos longitudinis. & xx. cubitos latitu